

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Katalog der Bibliothek des Prinzen Eugen von Savoyen - Cod. Meersburg 1 und 2

Catalogus librorum bibliothecae serenissimi principis Egenii è Sabaudiâ ...
prima pars - Cod. Meersburg 1

Savoyen-Carignan, Eugen

Wien, 1720

Lectori

[urn:nbn:de:bsz:31-164347](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-164347)

Lectori

Quamquam in Catalogis conficiendis laboris constantiam magis quam ingenij sagacitate opus esse videatur, hanc tamen operam, inexperientia mea conscius, nisi sacratissimam legem mihi demandatam, suscipere nunquam ausus fuisset. Spero igitur gratiam pro obsequio rependurum mihi — Lectorem benevolum, nec me nimis inclementer de irreptis erroribus arguturum, eo magis quod meam fateor imperitiam, et quod praeterea nullum habui sublidium nisi ex iis — qui me hoc labore antecesserunt, quorum opere fretus, labori novo me accingere non timui, quibusdam, ut censui, melioribus in illorum dispositione selectis, quibusdam — autem (nimiam fortasse cum licentia) mutatis vel additis, et in lucidiorum, ut opinor, ordinem digestis, post haec de mea ingenij tenuitate praemissa, quadam ad hujusmodi Catalogi intelligentiam addenda opportune judicavi

1.° quam secutus sum, in libris disponendis, normam mox series Materiarum declarabit, in qua si non creditum opificem, saltem lectori facilem et perspicuum me praebere conatus sum

2.° Librorum ad unamquamque facultatem pertinentium formas separatim disposui, ac in margine designavi — 1.° in folio. 2.° in quarto et 3.° in octavo et minori forma

3.° Librorum titulos accurata fide, quamque potui — diligentia descriptos reddidi, si quis vero quosdam ex illis prolixiores redarguerit, pro certo habeat me lectoris Utilitati magis quam commoditati meae consuluisse. Chronologiam, ubi fuit opus, quoad potui, annotavi; authorum anonymorum nomina, quae cognovi, variis in locis restitui, et vera pseudonymorum nudavi, his et illis inter duplicem parenthesim descriptis

IV
descriptis; tomorum seu Voluminum numerum, Editionis
etiam locum et annum, cum Typographi nomine Sedulo
indicari.

4^o Librorum titulos linguis Latinâ, Gallicâ, Italicâ,
Hispanicâ et Lusitanicâ conscriptos iisdem linguis exposui,
Germanicè autem, Belgicè, Anglicè the. Scriptos, a viris
istarum linguarum peritis explanatos, pro viribus meis
Latinos feci, apponendo tamen in fine hæc verba, Germanicè,
Belgicè, Anglicè, the.

5^o Cum plures occurrant libri vel ejusdem vel diverſi
argumenti, in eodem codice compacti, hos in Catalogo
continentes collocavi, In uno tamen in margine nota tos.

6^o Indicem authorum, Interpretum, Commentatorum et
Editorum, ordine alphabetico, quam accuratissime fieri
potuit, confeci, toties numerum Pagina Catalogi indicans,
quoties in eadem paginâ occurrunt alius auctoris
opera. post numerum addendo hæc verba, bis, ter, quater, the.